

ne si felium iuste atque canonicè poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permancant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem Coenobium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel injustè datas suis usibus vendicare, minuire, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Præterea, patrum nostrorum vestigia subsequentes, vestrum Coenobium cæteris per occidentem Coenobiis præferendum asserimus; & tam te, quam successores tuos in omni conventu Episcoporum, seu Principum superiores omnibus Abbatibus confedere, atque in judiciis priorem cæteris sui Ordinis viris, sententiam proferre sancimus. Usus etiam Compagorum, ac Chirothecæ, Dalmaticæ, ac Mitræ tam tibi, quam successoribus tuis in præcipuis festis, & diebus Dominicis ad missas, seu in confessu concilii habendum concedimus. Sane tam in ipso Venerabili Monasterio, quam & in cellis ejus, cujuslibet Ecclesiæ Episcopum, vel Sacerdotem præter Romanum Pontificem ditionem quamlibet aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad synodum provocandi præsumere prohibemus: ita ut nisi ab Abbate Priorve loci fuerit invitatus, nec missarum solemniam inibi audeat celebrare; liceatque ipsius Monasterii & Cellarum ejus Fratribus, Clericos cujuscumque Ordinis, seu Laicos de quocumque Episcopatu ad conversionem venientes in sanitate, vel in aegritudine cum rebus suis, absque Episcoporum vel cujuslibet personæ contradictione suscipere, nisi tunc idem Clerici seu Laici a Diocesani Episcopis pro certis fuerint excommunicati criminibus; liceat absque cujuslibet secularis vel ecclesiasticæ potestatis inhibitione subiectos Monasterii tui tam Monachos quam Sanctimoniales feminas judicare; liceat Fratribus per cellas, in civitatibus constitutas, ad divina officia celebranda, quandocumque voluerint, signa pulsare, populum Dei tam in ipsum Coenobium, quam & in cellas ejus ad Dei verbum audiendum ingredi, nullus Episcopus excepto pro communi totius civitatis vel Parochiæ interdicto prohibeat; Christma, Oleum Sanctum, Consecrationem Altarium sive Basilicarum, Ordinationes Clericorum, a quocumque malueritis, Catholico accipiatis Episcopo, Baptismum vero, & infirmorum visitationes per Clericos vestros in Oppidis vestris seu villis ageris. Ad perpetuum etiam Hospitium tibi tuisque successoribus Palladii cellam concedimus, ut de vestra illic Congregatione, quem volueritis, ordinetis: quem si fortè Romano Pontifici in Abbatem promoveri placuerit, omnino tamen tamquam vestræ Congregationis Monachum sub vestra decernimus dispositione persistere. Reditum quoque, qui ab Officialibus nostris apud Hostiam vel Portum de navibus exigi solet, navi vestræ, si qua eò venerit, relaxamus. Obeunte te, nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti Regulam elegerint, a Romano Pontifice consecrandum, sicut in Domini prædecessoris nostri sanctæ memo-

ria Leonis Papæ privilegio continetur. Ad hæc, tam presentium, quam futurorum avaritia ac nequitia obviantes, omnes omnino seditiones, quas levas dicunt, seu direptiones in cujuscumque Abbatis morte, aut electione, fieri auctoritate apostolica interdiximus. Porro pro amplioris benevolentia gratia, quam nos præter nostrorum prædecessorum dilectionem circa vestrum Monasterium gerimus, licentiam tibi, ac legitimis successoribus tuis concedimus, ut si quis ejusdem Monasterii vestri & cellarum ejus possessiones, aut res violentè abstulerit, postquam ipsorum Episcopi, a vobis tertio invitati, justitiam de eis facere omnino noluerint, vos super eosdem raptores, secundo tertiove commonitos, canonicam excommunicationis sententiam proferatis. Sepulturam sane loci vestri, & Monasteriorum vestrorum, liberam omnino esse censemus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint devotioni, & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obstet. Si qua igitur in futurum, ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, eamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat; Cunctis autem præfato Coenobio justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

**EGO CALIXTUS** Catholice Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Datum Berulis per manum Ugonis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi, XVI. Kalen. Octobris Indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno MCXXIII. Pontificatus autem Domni Calixti secundi Papæ Anno V.

XXXVII.

Confirmatio Monasteriorum ab Ottone Bambergenfi Episcopo in sua Diocesi constructorum.

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Bambergenfi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

**B**onis fratrum nostrorum studiis non solum favere, sed ad ea ipsorum etiam debemus animos incitare: Tuis ergo, carissime & venerabilis frater Otto Bambergenfi Episcopo, supplicationibus inclinatis, monasteria, quæ ipse propriis sumptibus extruxisti, & Bambergenfi Ecclesiæ conferens, Apostolicæ Sedis roborari munimine quaesivisti, in beati Petri ejusque Romanæ Ecclesiæ protectione suscipimus contra pravum hominum nequitiam defendenda. Statuimus ergo, ut possessiones, prædia, & bona omnia, quæ & fraternitas tua eisdem Monasteriis divini amoris intuitu contulit, quæque aliorum fidelium justa oblatione concessa sunt, aut in futurum ja-

Eique justitiam excommunicatores rerum ad Monast. pertinentium, si eisdem Episcopus loci excommunicare noluerit, talem sepulturam cuique si ibi sepeliri voluerit.

Roboratio paginæ hujus.

Callisti PP. subscriptio.

Dat. die 16. Septembris anno Domini 1123. Pontificatus vero V.

Ex Concil. Tom. xii. loc. cit.

Exordium.

Monasteria ab Ottone in Bambergenfi Diocesi constructa sub Apost. Sedis protectione suscipiuntur. Bona eisdem collata confirmantur.

Confirmat quoque donationes omnes, quæ in posterum ejus favore heri contingat.

Decernit quoque, ut Abbates Casinensis, Abbatibus per Occidentem præcedant.

Ut Chirothecæ, Dalmaticæ, & Mitræ utantur.

Ut Soli Apost. Sedi sint subiecti.

Ut quocumque Clericos suscipere possint, sine Episcopi contradictione.

Item & Monachos, & Sanctimoniales sibi subiectas judicare.

Palladii Cellam Romanam in hospitium eis concedit.

Abbatem electionem ad solos Monachos spectare decernit.

Et consecrationem ad Rom. Pontificem.

ale legaliterque acquiri vel offerri contingit, firma eis & illibata, Domino auctore, permancant. Ordinationes sane Abbatum vel Monachorum suorum a catholicis Episcopis diocesanis accipiant. Rerum vero ipsorum Monasteriorum curam & administrationem in tuo tuorumque successorum arbitrio & potestate remanere censemus. Nulli itaque hominum facultas sit, eadem Monasteria perturbare, aut eorum possessiones auferre, ablatas retinere, minuire, vel temerariis fatigationibus vexare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, eamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei & Domini Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eisdem Monasteriis justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Scripta per manum Gervasii Scribarii Regionarii, & Notarii sacri Palatii.

XXXVIII.

Confirmatio dispositionis, ab Ottone Bambergenfi Episcopo factæ, de Mansis illius Ecclesiæ propriis.

Calixtus Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Bambergenfi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem.

Bona Ecclesiarum pretio peccatorum, & pauperum patrimonium.

Ideoque non alienanda.

Mansi Bambergenfi Ecclesiæ non vendendi.

Bona eisdem collata confirmantur.

ma Imperatoris Henrici fundatoris ejus, ad concinnanda luminaria conferatur. Abbatias vero, & regulares Canonicas per industriam tuam in religionis Ordine stabilitas, & alia a te rectè constituta, nulli hominum facultas sit in posterum immutare. Si quis autem contra hanc confirmationem venire temerario ausu præsumperit, excommunicationis vinculo subjacebit. Data Laterani, Idibus Aprilis Indictione secunda. (e)

XXXIX.

Assignatio finium Mutinensis Ecclesiæ, cui bona omnia confirmantur: additis decretis nonnullis ad Episcopalem jurisdictionem tuendam.

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei, venerabili fratri Dodoni, Mutinensi Episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

**S**icut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Tuis ergo, frater in Christo charissime Dodo Episcopo, precibus annuentes, ad perpetuam sanctæ, cui Deo auctore præsidet, Mutinensis Ecclesiæ pacem ac stabilitatem presentis decreti auctoritate sancimus, ut universi Episcopatus fines quieti deinceps omnino, & integri tam tibi quam tuis successoribus conserventur, qui nimirum fines his distinctionibus distenduntur, videlicet a terminis illis, qui Lucanam, & Pistoriensem Episcopatus a Mutinensi dividunt usque ad flumen illud, quod appellatur Barana, & usque ad terminum illum, qui vocatur Mutia, atque inde usque ad illum terminum, qui Bononiensem Episcopatum Mutinensem a Regione discernunt; Ecclesiarum vero, quæ infra hos terminos continentur, consecrationes, clericorum promotiones, decimas, & oblationes secundum sanctorum Canonum constitutiones tibi tuisque successoribus concedimus & confirmamus; præcipue in Plebe S. Mariæ de Bodruntio, quæ est in curte Sici, & in cappellis ejus, in omnibus Ecclesiis, quæ sunt in castro & in curte Solarie, & Plebe Roncalie, & in Cappellis ejus in omnibus Ecclesiis de Punteducis, in Ecclesia Camurana, in Ecclesiis de curte Curtiolæ, in Ecclesia de Scopiano, in Ecclesia S. Petri in Siculo, & in Ecclesiis, quæ sunt in castro & cur-

(e) Inter ea, quæ S. Otto Bambergenfi peregit antequam ad Pomeranos ad fidem christianam convertendos proficisceretur, hæc referit Baronius: fundationem scilicet Monasteriorum, & dotationem Ecclesiæ Bambergenfi. Sanctus hic sicutidem Apostolus ea omnia in Diocesi Bambergenfi voluit prout disponere, ne paganorum salutem intentus, ea omittere videretur, quæ a probo antiquo pastore commissa ei divinitus grex possit ut equam desiderare. Plura hic dicenda essent, nisi Operis huius natura & indoles breviter exigere, nec me in probe factorum a sanctis viris enarratione diutius commorari prohiberet.

Sedi de eorum fructu concinnanda luminaria: Ercciones ab Ottone Episcopo facte non immutande. Dat. die 13. Aprilis anno Domini 1124. Pontif. an. vii.

Adit Ugell. Ital. Sac. Tom. II.

Exordium.

Assignatur termini.

Infra hos terminos rotale Mutinensis Episcopi ius in Ecclesiis omnibus.



X L.

Instrumentum Pacis initie inter Henricum IV. Imperatorem, & Callistum Secundum PP. in Concilio Wormacensi. (A)

Ex Baronio ad an 1122.

(a) In Nomine sanctæ & individue Trinitatis.

(b) Dei.

(c) sanctæque

(d) que in Regno, vel Imperio meo sunt.

(e) adjuvabo

(f) que in guerra ista sunt commissa.

(g) reddam, que non habeo.

(h) adjuvabo. (i) Domino. (k) sanctæque

(a) EGO Henricus, Dei gratiâ Romanorum Imperator Augustus, pro amore Dei, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ & Domini Papæ Callisti, & remedio animæ meæ dimitto Deo & Sanctis (b) ejus Apostolis Petro & Paulo, & (c) sanctæ catholicæ Ecclesiæ omnem investituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis (d) fieri electionem, & liberam consecrationem. Possessiones, & regalia beati Petri, quæ in principio hujus discordiæ usque ad hodiernam diem, sive tempore patris mei, sive etiam meo, ablata sunt, quæ habeo, eidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ restituo, quæ autem non habeo, ut restituantur fideliter (e) juvabo. Possessiones etiam omnium aliarum Ecclesiarum, & Principum, & aliorum tam Clericorum quam laicorum (f) consilio Principum, & justitia, quæ habeo (g) ut reddantur fideliter (h) juvabo, & do veram pacem (i) Callisto, sanctæ (k) Romanæ Ecclesiæ, & omnibus qui in parte ipsius sunt, vel fuerunt. Et in quibus sancta Romana Ecclesia auxilium postulaverit. (B)

Hæc omnia acta sunt consilio & assensu Principum, quorum nomina subscripta sunt. Adalbertus Moguntinus Archiepiscopus. Fridericus Colonienfis Archiepiscopus. Otto Bambergensis Episcopus. B. Spirensis Episcopus. A. Augustensis Episcopus. G. Trajectensis Episcopus. V. Constantiensis Episcopus. E. Abbas Fuldensis. Northmannus Dux. Fridericus Dux. Bonifacius Marchio. Cynulphus Comes Palatinus. Othbertus Comes Palatinus. Berengarius Comes. Godefridus Comes Palatinus. Berengarius Comes. Godefridus Comes. Ego Fridericus Colonienfis Episcopus, & Cancellarius recognovi. (C)

EGO CALIXTUS Servus Servorum Dei dilecto filio Henrico, Dei gratiâ Romanorum Imperatori Augusto, concedo electiones Episcoporum, & Abbatum Theutonici Regni, quæ ad Regnum pertinent, in præsentia tua fieri, absque simonia, & aliqua violentia, ut si qua inter partes discordia emerferit, Metropolitanis, & Provincialium consilio, vel iudicio, saniori parti assensum, & auxilium præbeat. Electum autem reg-

Callisti Papæ concessio facta Imperatori.

Bonaque omnia ad Mutin. Ecclesiæ spectantia conservantur.

Cum decreto omnimodæ exemptionis ab omni molestia &c.

Confirmatur Decretum Urbani PP. II. ne Presbyteri, ad Parochias per Abbates Monasteriorum ele. & i. curam, animarum absque Episcopi consensu suscipiant.

Solita clausula.

Callisti PP. subscriptio.

curte Paciani, Leonensi Abbacia, & in omnibus Ecclesiis, quæ sunt in Plebe Rubiani; quæcumque præterea bona, quæcumque possessiones, quas in præsentia legitime possidetis, vel in futurum, largiente, Deo, justè & canonicè poteritis adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino Episcoporum facultas sit, infra prædictos confines sine tuo vel successorum tuorum consensu Ecclesiam consecrare, Christum consecrere, aut clericos ordinare præter Ecclesias, & clericos de castro, & burgo Nonantule; nulli etiam hominum liceat, prædictam Ecclesiam perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur tam tuis, quam clericorum, & pauperum usus profutura. Sane de Presbyteris, qui per parochias ad Monasteria pertinentes in Ecclesiis constituuntur, prædecessoris nostri sanctæ memoriæ Urbani II. Papæ sententiam confirmamus; statuentes, ne Abbates in Parochialibus Ecclesiis, quas tenent, absque Episcoporum consilio, presbyteros collocent; sed Episcopi Parochiæ curam cum Abbatum consensu Sacerdoti committant, ut ejusmodi Sacerdotes de Plebis quidem cura Episcopo rationem reddant, Abbati vero pro rebus temporalibus ad Monasterium pertinentibus debitam subjectionem exhibeant, & sic sua cuique jura serventur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem vestræ Ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

EGO CALIXTUS Ecclesiæ Catholica Episcopus.

(A) Chronidis loco libet referre hæc acta, quibus post multas calamitates diuque schisma, reddita tandem Ecclesiæ pax est. Erunt Baronijs ab Urspergenfi Abbate; quæ vero notantur in margine, ex autographo in Codice Vaticano. (B) Hucusque apud Urspergensem promissio Imperatoris in Codice Vaticano: ex autographo adduntur ista, & in quibus mihi querimoniam fecerit, debitam sibi justitiam faciam. (C) Hucusque Vaticanus Codex. Subjicitur vero promissio Henrici, ab Urspergenfi, ejusmodi facta Imperatori concessio.

P A P A C L X I I I .

ANNO ÆRÆ CHRISTI COM. MCXXIV.



Galiam per sceptrum a te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur; & quæ ex his tibi jure debet, faciat. Ex aliis vero partibus Imperii consecratus, infra sex menses regalia per sceptrum a te recipiat. De quibus vero mihi querimoniam feceris, secundum officii mei debitum, auxilium meum præstabo. Do tibi veram pacem, & omnibus, qui in parte tua sunt, vel fuerunt tempore hujus discordiæ. Data anno MCXXII. nono Calendas octobris (a).

(a) Hactenus Callisti Papæ concessio. Extant eadem ipsa monumenta apud V. Ville-nium Malmesburiensem. Igitur vero Urspergenfis: Hujusmodi scripta atque rescripta, propter infinitam multitudinis conventum, loco campetri juxta Rhenum lecta sunt, data & accepta, postquam multimodas laudes rerum gubernatori redditis, celebratis a Domino Ottonensi divinis Sacramentis, inter quæ dominum Imperatorem cum pacis officio, sanctæque communionis plenissime reconciliavit, discessit ab omnibus cum læticia infinita. Alterum quoque non multo post, idem in festo sancti Martini, colloquium Imperator cum Principibus, qui priori non aderant, Babenberg hausit; ubi & cunctis in sua vota concordantibus, inter multa, quæ tam ad Regem, quam Sacerdoti congruebant honorem, majorum composita, Legatos proprios cum Romanis destinavit, & utroque, nuntia simul & munera ferentes honorifica Domino Apostolice Callisto, confanguineo scilicet jam sibi unitissimo, direxit. Hucusque Urspergenfis atque hic tandem durissimum certaminum finis, quæ per annos plurimos vi barbaricæ tyrannicæ Imperatoris contra sanctam Ecclesiam excitavit, sive armis pugnando, sive (quod acerbissimum visum est) ipsos filios Christianos, potissimum vero Romanos cives, ab ipsa diro schismate separatos, in ipsam impiè concitando, sive furentissimos Antipapas horrenda monstra in sacrosanciam Apostolicam Sedem, Angelis reverendam, cunctisque mortalibus venerandam, tanto totius orbis scandalo, intrudendo, ut plane omnibus perspicue claresque constiterit, non fuisse humanæ potentie, tot tantoque simul in Petri naviculam concitato fluctu ad perdendam eam potuisse vitari, illique non mergi deorsum; sed sublimis majori gloria tolli, atque firmari, neque humanarum virium, nec item tantotique simul in eandem eodem impetu flantes ventos, & portis inferi per angelos malos immissis, simul comperere; sed illius fuisse potentie, cui mare; & que venti obediunt; simul illius virtutis, qui fluctus ad perdendum ne flant, obdurat in petram, & Petro dixit (a): Tu es Petrus, & super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porce inferi non prævalent adversus eam. Ut merito in tanta victoria triumphans Ecclesia concerneret caritatem Annæ (b): Exultavit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo. Dilatarum est os meum super inimicos meos, quia lætata sum in salutari tuo. Non est sanctus, ut est Dominus; neque enim est alius extrate, & non est fortis sicut Deus nolite. Reineruntque filii omnes propheticum carmen (c). Exultate, & lauda habitatio Sion, quia magnum est in medio tui Sanctus Israel.

(a) Matth. 16.

(b) 1. Reg. 2.

(c) Isai. 12.

Bull. Rom. Tom. II.

Lambertus, patria Bononiensis, Episcopus Velitrensis, mox Otientis, electus est, & coronatus Romanus Pontifex die 21. Decembris anni 1124. (a) Sedit in Pontificatu annos v. mensem unum, dies xxv. (b) imperantibus in Oriente Calo-Johanne, in Occidente vero Henrico IV. Imperatoribus. Fecit ordinationes in Urbe plures, quibus creavit complures Presbyterorum ac Diaconorum, & aliorum minorum Ordinum. Laterani infirmatus ad mortem, ad Monasterium sancti Andreae se deferri jussit, ibique in pace defunctus est (c) die 14. Februarii 1130. sepul-

(a) In Callisti II. vita dixi, vacasse Sedem post eius obitum dies viii. clausa obitus die: puto enim Honorium electum die 20. qui agnoscens electionem sui minus canonicè processisse, in conspectu Fratrum (ut habetur in quodam Codice Vaticano a Baronio relato) sponte Miram & Maurum refutavit, atque deposuit. Fratres tam Episcopi quam Presbyteri & Diaconi Cardinales, videntes ipsius humilitatem, prospectantes in posterum, ne in Romanam Ecclesiam aliquam inducerent novitatem, quod perperam factum fuerat, in melius reformarunt: & eundem denno advocantes, ad ejus vestigia procederunt, & tamquam Pastori suo & universali Papæ consuetam obedientiam exhibuerunt, quod fortasse die sequenti vigesima quinta Decembris factum est. (b) Sic habet Johannes de Ceccano in Chronico, & Annalista. Abbatie de Margan Tom. II. Collectionis Oxoniensis: in Octavo autem ex Cathalogis, Critica Baroniæ præfixis, legitur A. P. M. II. rotundo quidem computo: ceteri Cathalogi non audiendi. (c) Ut inquit Panaphylus Pisanus in Vita Honorii.

B b

Bona